

recessu & absentia reliquit noctem, incomprehensibili producta
 copia. Nec solummodo illuminavit per tres primos dies; sed in-
 primis fovit agitatione sua Chaos, & subtilitate permeavit, & *Chaos fo-*
 spirituosam efficaciam insinuavit se tam diu, donec quarto die in stel- *vit, nec il-*
 las, Solem maximè, ac corpora sublunaria mixta alia ad constitu- *luminavit*
 endum eadem, à Deo distributa fuit. Nisi id fecisset Lux, (quod *tantum.*
 adhuc certâ ratione facit in corporibus compositis,) cur primo, al-
 tero, tertioq; die lucem esse oportebat; cum nullum tamen adhuc
 esset animal? Et Lucis hæc natura est, ut, si sit libera suiq; juris, ra-
 dios emittat necessariò & motu gaudeat, porosa liquidaq; penetran-
 do, ac vivificam vim excitando.

§. XI. Nec Stellæ tantum, sed ipsa rerum mundi sublunaris
 elementa, & potissimum composita de Luce corpora testantur.
 Cur colores, etiam materiales; *Terra* propter sulphur vulgò tribu- *Lux prin-*
 unt? cur *Aquam* nominant pellucidam, & inde glaciem & splen- *cipium u-*
 descendentem nivem? & *ignem* lucidissimum, si lux nulla eis inest? *niversale*
 Cur homini ac universo regno animali, vegetabili & minerali Lu- *Corp.*
 cem denegant? Acutum vidit *Thomas Bartholinus*, & ad oculum
 ostendit in egregio de *Luce animalium* opusculo; ac tetigit *Al-*
bertus Linemannus acuram, ad Ann. 1647. quæst. 7. Cal. ne quid
 de *Patritio*, *Robert. Boyleo*, & *Willisio* adjiciamus.

§. XII. Materialis Lux hæc corporis principium constitu-
 tivum est propterea: quo sine nec movetur corpus, nec vitale quic-
 quam exerit. *Lux agit motem, & magno se corpore miscet.* *Essentia*
 Natura ejus essentialiter in hoc consistit, quòd sit *substantia mate-* *Lucis hu-*
riales ex se lucida, nullius corporis ad sui esse indiga, intrinsecè in- *jus.*
corruptibilis, vivifica, efficacissima, evibrans radios, aut introvibrans,
lucem gignens & colores; omnia obscura & diaphana illustrans, uti
conservetur status rerum naturalium, ad agnoscendam & deprædi-
candam Majestatem Numinis, & hominum salutem.

§. XIII. Quantumvis *δόχημα καὶ ὀχημα* spirituum exi- *An ignea?*
 stat Lux creata hæc; materialis tamen & sensibilis, respectu oculi
 visusq; quin & tactilis, cum solvitur in flammam est; sed natura-
 liter, & sine arte haud palpabilis. Naturam universam Lucis sta-
 tuit *Emanuel Maignan*, (in *Phil. Nat. prop. 13. p. 1554.*) in igneis,
 C 3 puris-